



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

68. Tres nocturni, tres benedictiones, tres lectiones.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(2) Sive pari spatio medius distabis utrumque,  
Ter resonare sacris percipis æra locis.

**S**i Trias æra tibi laudes clangore profundunt,  
Nostra magis par est ora sonare tuas.

[4] In Ordines Crucis in meridie quinque dantur ictus in memoriam s. Christi vulnerum.

### SYMBOLUM 68.

Tres nocturni, tres benedictiones, tres lectiones in quolibet nocturno

**D**iscute divinas nocturni temporis horas,  
Concinit alternis quas pia turma choris.  
Omnia respirant Triadem; benedictio triplex,  
Nocturno triplici, lectio trina comes.

Credibile (a) Aligeris Triados præconia turmis  
Cantari numero consimiliq[ue] metro.

[a] Docet Damasc. tract. de Trifagio a Seraphinis Isa. 6. Ecclesiam didicisse Chorum,  
id est, modum alternis canendi & psallendi.

### SYMBOLUM 69.

Tres psalmi in horis Beatissimæ Mariæ Virg. & omnia alia  
tria in eisdem.

**Q**ui legis intactæ cultor pie Virginis horas,  
Psalmorum celebres ordine cerne trium.

Principio tres versiculos complectitur hymnus;  
Et te magna Parenz lectio terna beat.

Nemp̄ ter Augustæ Triadi jam proxima, primus  
Est tibi post illam persoliëndus (a) honos.

[a] Funde frequenter Aye Matri, que liberat a Va &c. Et post: ut proxima Deo, Dei  
mater est, gloria illa Virgo, sic proximas illi deferemus, inquit Doctiss. Pinchavius lib. 3.  
cap. 1. Simul est genitrix, Filia, sponsa Dei, ac proinde non dulia sed hyperdulia ab homi-  
nibus & Angelis colenda Corn. a Lap. in Isa. 7. Quod poeta singit in sua pandora, hoc  
verè & a parte rei præstisit Mariæ Trinitas divina. Labata in Mariæ.

SYM-